

Forfatter: Brahe, Tycho

Titel: Udrag fra Ante Stellas restitutas [Dedikation]

Citation: Brahe, Tycho: "Tychonis Brahe Dani opera omnia", i Brahe, Tycho: *Tychonis Brahe Dani opera omnia*, udg. af I.L.E. Dreyer , 1913-29, s. 212. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-tycho09tom-shoot-idm139660972086240/facsimile.pdf> (tilgået 19. april 2024)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia

At ubi tam grandes ea parvula ferre triumphos
 Amplius haud valuit, Fataque versa retro,
 Provida Diva Poli, cernens instare ruinam,
 Transtulit hæc alio, quo mage tuta forent,
 Indignum reputans sua sacra perire sub Arcto, 5
 Qualia vix alibi splendidus Ausfer habet.
 Ergo ea Teuthoniæ nunc consecratque dicatque,
 Ætheream excipiat si modo grata Deam:
 Sin minus, hospitium Urania late patet: Orbem
 Quæ capit, excludi quomodo ab Orbe queat? 10

[E codice Vindobonensi lat. 10685^o; cf. exempla exstantia *Stellarum inerrantium Restitutionis*]

ANTE STELLAS RESTITUTAS. 11

HOS quoque Stelliferos capias, RUDOLPHE, labores,
 Quos operosa diu noxque diesque dedit:
 Debuerant equidem, quibus orti fulgere in oris, 15
 Et jubar hinc imos spargere ad antipodas:
 Ni Superis aliter visum, qui fata gubernant,
 VRANLÆque aliter, quæ sua sacra fovet,
 Nescia contemni, fraudari, odia invida, noxas,
 Cenfuraque rudes, forditiemque pati: 20
 Plurima quæque alias fanda atque infanda tulisset,
 Regna nisi mallet nunc peregrina sequi,
 Nec peregrina tamen: Cælum tota undique tellus
 Suspicit, Æthereis invigilatque vijs.
 Prosperiora igitur Cœlestia Numina spondent: 25
 Tanta nec ingratis sunt peritura locis.

[Ex autographo in bibliotheca civica Taurinensi]

PER varios casus, per tot discrimina rerum
 Tendimus in cælum, sedes ubi, CHRISTE, beatas
 Pollicitus, nec te retro sententia vertit. 30
 Tycho Brahe scripsi Dreidæ Anno 1598
 Nouemb. 20.

[Ex autographo in bibliotheca Universitatis Pragensis]

DISCE puer virtutem ex me durumque laborem,
 Fortiter et fortis sustinuisse vices. 35
 Tycho Brahe Filio primogenito scripsi Anno 1599
 Feb. 28 Vitebergæ.

[E codice]